

tum est a facie moysi. i. a veteri testamēto: qz iaz impletus est: sed tamē nō est remotū a cordibus eoz. Et hoc est qd dicit. (Sed vsq; in hodiernū diē.) Quasi dicat amotū est a fidelibus veteris testamēti velamē. Sed adhuc cū legi tur moyses. i. cū exponit eis vetus testm. Act. 15. Moyses a temporibus antiquis hz in singulis ciuitatibus qui euz predicēt in synagogis rē. Uelamē. i. cecitas. est positū sup eoz eoz. Ro. ii. Cecitas ex pte cōtingit rē. Qñ autē r quo modo remouet ab eis illud velamē: ostēdit cōsequēter cū dicit. (Cū autē puerus rē.) Et pmo describit modū remouēdi hoc velamē. Secūdo rōnem huius reddit ibi. (Dñs autē spūs rē.) Dicit ergo qd illud velamē adhuc est i eis: s; nō qd vetus testamētus sit velatus: s; qz corda eoz velata sunt. Et ideo ad hoc vt remoueat nihil restat nisi qd cōuertant: r hoc est qd dicit. Cū autē cōuersus fuerit. s. aliquis eoz rū ad deuz per fidē in xpm ex ipsa cōuersione auferēt velamen. Esa. 10. Reliquie cōuertētur rē. Et hoc ideo habetur. Roma. ii. Et nō qd cū ageret de cecitate loquit in plurali. Unde dicit. Super corda eoz: cū vō loquitur de cōuersione loquit in singulari dicēs. Cū autē puerus vt ostēdat eoz facilitatez ad malū r difficultatez ad bonū: quasi pauci puerant. Ratio autē quare cōuertātur r velamē remouet hoc modo est: qz deus vult. Possēt enī dicere qd velamē illud appositū est ex precepto dñi: r iō nō potest remoueri. Sed apostolus ostēdit qd nō solum potest remoueri: imo qz remouet per eum qui est dñs. r hoc est quod dicit. Dñs enī rē. Qd pōt duplx legi. Uno modo vt spūs teneat ex parte subiecti: vt dicat: spiritus. i. spūs scūs. s. qd ē auctor legis: est dominus. i. operat ex ppro libertatis arbitrio. Jo. 3. Spiritus vbi vult spirat. p. Cor. 12. Diuidēs singulis p ut vult. Vbi autē spūs dei ibi libertas. Q. d. Qz spūs est dominus: pōt dare libertate vt possimus libere vt scriptura veteris testamēti absq; velamine. Et iō qui nō habēt spūs scūs nō possunt libere vt. Gal. 5. Vos in libertate vocati estis. p. Pet. 2. Quasi liberi nō quasi velamē habētes malicie libertate. Alio modo vt per dñz itelligatur xps: r tūc legit sic. Dñs. i. xps est spūs scūs. i. spūs pātis: r iō vbi ē spiritus dñi. i. lex xpi spiritualiter itellecta nō scripta litteris: s; per fidem cordibus impressa: ibi est libertas ab omni impedimēto velaminis. Sciēduz autē qd occasione istorū verboz. s. vbi spiritus dñi ibi libertas: r illoz. s. iusto lex nō est posita: aliqui erronee dixerūt qd viri spirituales nō obligātur preceptis legis dñe. Sed hoc est falsum. nam precepta dei sunt regula volūtatis humane. Nullus autē homo est nec etiam angelus cuius volūtatez nō oporteat regulari r dirigi lege dñe. Unde impossibile est aliquem hoīem preceptis dei nō subdi. Hoc autē quod dicitur. iusto lex nō est posita. exponitur. i. ppter iustos qui iteriori habitu mouētur ad ea que lex dei precipit: lex nō est posita: s; ppter iniustos: nō quin etiam iusti ad eaz teneantur. Et similiter. vbi spūs domini ibi libertas: itelligit: qz liber est qd ē causa sui. seruus autē est causa domini: quicūq; g agit ex seipō libere agit: qui vero ex alio motu nō agit libere. Ille g vitat mala nō qz mala: sed ppter mādatum domini nō est liber: s; qui vitat mala qz mala: est liber. Hoc autē facit spiritus sanctus qui mentē iterius pficit per bonū habitū: vt sic ex amore caueat ac si pceperet lex dñe: r iō dicitur liber: nō quin subdat legi dñe: s; qz ex bono habitu inclinat ad hoc faciēdu quod lex dñe ordinat.

Deinde cuz dicit. (Nos vero oēs rē.) Ostēdit quomodo xpi fideles sunt oīno liberi ab hoc velamē. Dicit g. Dico qd ab illis auferitur velamē hoc: cum aliquis cōuersus fuerit sicut nos: nō aliquis: sed omnes: qui sumus xpi fideles. Luc. 8. Vobis datū est rē. Reuelata facie nō habētes velamen supra eoz sicut illi: r itelligit per facie eoz seu mens:

qz sicut per facie videt quis corporalr ita per mentē spiritaliter. ps. Reuela oculos meos rē. Sliam dñi nō moysi. gloria enim significat claritate: vt dicit Augu. Iudei autē videbāt quādā gliaz in facie moysi ex hoc qd locutus ē cū deo: s; hec gloria est iperfecta: qz nō est claritas: ex qua ipse deus est gloriosus: r hoc est cognoscere ipsum deum. Uel gliaz dñi. i. filiū dei. Prouer. 10. Gloria patris filius sapiens rē. Speculantes non sumitur hic a specula sed a speculo. i. ipsum deum gloriosum cognoscentes per speculuz rationis: in qua est quedā imago ipsius: r hoc speculamur quando homo ex consideratione sui ipsius assurgit in cognitionem aliquam de deo transformatur. Lum enī oīs cognitio sit per assimilationem cognoscentis ad cognitū: oportet qd qui vident aliquo modo trāsfōrmentur in deū. Et si quidem perfecte vident: perfecte trāsfōrmentur: sicut beati in patria per fruitionis vnionem. pme Joan. 3. Lum autem apparuerit rē. Si vero imperfecte: imperfecte: sicut hic per fidez. pme Corinth. 13. Videmus nūc per speculum r in enigmate: Et ideo dicit. In eandem imaginem. id est sicut videmus. Transformamur in quā a claritate in claritatem in quo distinguit triplicem gradum cognitionis in discipulis christi. Primus est a claritate cognitionis naturalis in claritate cognitionis fidei. Secundus est a claritate cognitionis veteris testamēti in claritate cognitionis gratie noui testamēti. Tertius est a claritate cognitionis naturalis r veteris r noui testamēti in claritatem visionis eterne. infra. 4. Licet is qui foris est rē. Sed vnde est hoc: Non ex littera legis sed tāq; a spiritu domini. Roma. octauo. Quicūq; spiritu dei aguntur. ps. Spiritus tuus bonus deducet rē. CAP. III.



Deo habentes hanc administrationem iuxta quod misericordiam consecuti sumus. non deficimus s; abdicamus occulta dedecoris: nō ambulantes in astutia: neq; adulatorantes verbum dei. sed in manifestatione veritatis: commendantes nosmet ipsos ad omnem conscientiam hominum coram deo.

Ostensa dignitate ministry noui testamēti: hic consequenter apostolus determinat de vsu ministry. Et circa hoc duo facit. Primo enim ostendit vsū huius ministry qui debet esse in agendis bonis. Secundo illuz qui debet esse in malis patienter tolerandis ibi. (Habemus autem thesaurum rē.) Circa primum duo facit. Primo ponit huius ministry vsū. Secundo obiectionem excludit ibi. (Et si rē.) Dicit ergo. quia igitur huiusmodi ministerium est tante dignitatis in se r in ministris. Ideo nos habentes hanc administrationem: id est hanc dignitatem administrandi spiritualia. pme Corinth. 4. Sic nos existimet homo vt ministros rē. Roma. ii. Quandiu sum gentium apostolus ministerius rē. Habētes in quā non ex nobis seu ex meritis nostris: sed iuxta quod misericordiam consecuti sumus a deo: id est ex misericordia dei quam in hoc consecuti sumus a deo. pme Thimo. p. Misericordiā consecutus sum rē.

Cōsequēter cū dicit. (Nō deficimus rē.) Describit vsū huius ministry: qui debet esse circa bona agēda: r hoc qstū ad duo. Primo qstū ad vitationez malozū. Secūdo qstū ad operationē bonozū ibi. (In manifestatione rē.) Docet autē vitari mala in vsu huius ministry: r quātū ad vitaz r quātū ad doctrinam. Sed quātū ad vitam dupliciter: scilicet quantum ad operationem r quātū ad itētiō

Ad corinthios II.

nem. Nam si quis vitat mala operari et bona intentione perfecte vitat mala. In operatione autem vitat malum in aduersitate patienter mala sustinendo: et ideo dicit. Non deficiamus per impatientiam. Gal. 6. Bonum autem facientes non deficiamus. 2^a Cor. p. Cum infirmior tunc fortior suus et potens. Vitatur etiam in prosperitate temperate vitando eis que prosperere succedunt. et ideo dicit. Sed abdicamus occulta dedecoris. i. amouemus a nobis que hominem turpem et dedecorosum faciunt. s. imunda et turpia et etiam occulta non solum manifesta. Jac. p. Abicietes omnem immundiciam. Ephe. 5. Que in occulto ab eis sunt turpe etc. In intentione autem vitatur malum vite sicut in intentione recta et quantum ad hoc dicit. Non ambulantes in astutia. i. in astutia et simulatione et ypocrisi: quod faciunt pseudo doctores qui aliud pretendunt exterius et aliud gerunt interius in corde. Job. 36. Simulatores et callidi provocant iram dei. In doctrina autem vitat malum quoniam verbum domini debito modo proponitur: et quantum ad hoc dicit. Non adulterantes verbum. Quod dupliciter exponitur: ut patet supra. 2. Et primo non permiscetes doctrinam christi falsam doctrinam quod faciebant pseudo doctores legalia debere seruari cum euangelio. Secundo non predicantes propter lucrum vel gloriam propriam. Et istorum primus est lupus. Secundus mercenarius. Sed qui vera predicat et propter gloriam dei est pastor. Unde Augustinus. Pastor est amandus: lupus vitandus: sed mercenarius ad tempus tolerandus. Sed quia non sufficit ad perfectam iusticiam solum vitare mala: sed regitur operatio bona. id est consequenter subiungit de operatione bonorum in ipso usu huius ministerii. Et ponit triplex bonum quod facit contra triplex malum. Primum bonum est contra malum doctrine. Secundum contra malum operationis. Tertium contra malum intentionis. Contra malum doctrine quod debet vitari facit bonum manifeste veritatis. Et quantum ad hoc dicit. In manifestatione veritatis. Quod non deficiamus: sed vitantes mala: ambulamus et proficimus in manifestatione veritatis. i. veritatem puram manifestamus. Jo. 19. Ad hoc natus suus ut testimonium perhibeat veritati. Ecc. 24. Qui elucidat me vitam eternam habebunt. Contra malum operationis faciunt bona opera et quantum ad hoc dicit. comedantes nos etc. Et hoc non facimus dicendo de vobis bona quia non defacili credis ei qui seipsum comedat: sed operando bona: quia talia opera facimus ut ex ipsis operibus reddamus nosmetipsos comedabiles ad omnem conscientiam hominum. p. Pe. 2. Conuersationem vestram iterum gētes etc. Contra malum intentionis facimus bonum reddendo nos comedabiles non solum ad omnem conscientiam hominum: sed et contra deo qui itueatur corda. i. fra. 10. Non enim qui seipsum comedat ille perditus est etc. Roma. 12. Prouidetes bona non solum coram etc. Et s. Aug. in Glo. Apostolus implet in hoc mandatum domini. Mat. 5. Sic luceat etc. Item 6. Attendite ne iusticiam etc. Primum in hoc quod dicit. Comedantes nos etc. Secundum vero in hoc quod dicit. Coram deo. Ro. 2. Non enim qui in manifesto etc. Vel potest totum hoc magis secundum continuationem littere legi sic: ut dicat. Ideo habentes hanc ministracionem: iuxta quod etc. Non deficiamus supple a bene operando sed abdicamus etc. Et iterum non deficiamus in manifestatione veritatis seruato tamen eodem modo exponendi sicut in prima lectura.

Lectio.

II.



Quod si etiam opertum est euangelium nostrum in his qui percunt est opertum in quibus deus huius seculi excecavit mentes infidelium: ut non fulgeat illuminatio euangelii gloria christi qui est imago dei. Non enim nosmetipsos predicamus: sed iesum christum dominum nostrum. Nos autem seruos vestros per iesum: quoniam deus qui di-

xit de tenebris lucem splendescere: ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientie claritatis dei in facie christi iesu.

Cum dicat consequenter apostolus ridet quidam tacite obdormi. Posset enim dici sibi ab aliquo tu dicis quod non defecitis in manifestatione veritatis christi: sed non videt quia multi dicit tibi. Tuic quod non ridet. Et circa hoc duo facit. Primum enim ridet quoniam predicte. Secundo excludit quoddam dubium quod videt ex ratione sua sequi ibi. (Non enim nosmetipsos etc.) Circa primum tria facit. Primum ostendit quod occultat veritas christi. Secundo occultationis causam assignat ibi. (In quibus deus huius seculi.) Tertio ostendit quod hoc non est ex defectu veritatis euangelii ut occultet ibi. (Ut non fulgeat etc.) Dicit ergo. Dixi quod non defecimus in manifestatione: quia. i. sed si euangelium nostrum: quod. s. nos predicamus est opertum. i. occultum: non est opertum omnibus sed illis tantum qui perierunt. s. prohibendo impedimentum ne eis manifestet. p. 1^a Cor. p. Verbum crucis pereuntibus stulticia est etc. Quia ergo huius occultationis non est ex parte euangelii: sed propter eorum culpam et maliciam. Et hoc est quod subdit. In quibus deus huius seculi etc. Et hoc potest exponi tribus modis. Primum sic. Deus huius seculi. i. deus qui est dominus huius seculi et omnium rerum creatione et natura. iuxta illud. ps. Dominus est terra et plenitudo eius. Excecavit mentem infidelium non inducendo maliciam sed merito: imo de merito precedentium peccatorum subtrahendo gloriam. Esa. 6. Exceca cor populi huius etc. Unde et precedentia peccata insinuat. cuius dicit. Infidelium quasi infidelitas eorum fuerit causa huius excecationis. Secundo sic. Deus huius seculi. i. dyabolus qui dicitur deus huius seculi. i. seculariter viuentium non creatione sed imitatione quam secularis eum imitatur. Sap. 2. Imitatur eum qui sunt etc. Et hoc excecavit suggerendo trahendo et inclinando ad peccata. Et sic quasi ias sunt in peccatis opium in tenebris peccatorum ne videant. Eph. 4. Tenebris obscuratum habentes intellectum etc. Tertio sic. Deus huius ratione ultimi finis et complementum desideriorum totius creature. Unde quicquid aliquis sibi pro fine ultimo constituit in quo eius desiderium quietescit potest dici deus illius. Unde cuius habes pro fine delicias tunc delitie dicuntur deus tuus. Similiter etiam si voluptates carnis vel honores. Et tunc exponitur sic. Deus huius seculi. i. illud quod homines seculariter viuentes sibi pro fine constituunt: ut puta voluptates vel diuitie et huiusmodi. Et hic deus excecavit mentes in quantum impedit ne homines lumen gratie hic et glorie in futuro videre possint. ps. Supercecidit ignis. s. occidit piscetie ut non videret soles. Sic ergo excecavit infidelium non est ex parte euangelii: sed ex culpa infidelium. Et ideo subdit. Ut non fulgeat etc. Ubi sciendum est quod deus pater est fons totius luminis. p. 1^a Jo. p. Deus lux est et tenebre in eo etc. Ex hoc autem fontanoso lumine deriuat imago huius luminis. s. filius verbum dei. De. p. Qui cuius sit splendor etc. Dicit ergo splendor glorie imago fontanosi lucis carnem nostram accepit et multa gloriosa et diuina in hoc mundo opera fecit. Declaratio igitur huius lucis est euangelium unde et euangelium dicitur noticia claritatis christi que quidem noticia virtute habet illuminatiua. Sap. 6. Clara est et quae nunquam marcescit sapientia etc. Et quod quantum est de se in omnibus refulget et omnes illuminat: sed illi qui prebent impedimentum non illuminantur. Et hoc est quod dicit. Iohannes excecavit mentes infidelium: ut. s. non effulgeat in eis. s. in mentibus infidelium licet in se effulgescit sit illuminatio euangelii illuminantis quod quidem est illuminans quia est gloria christi. i. claritas. Jo. p. Vidimus gloriam etc. Que quidem gloria prouenit christo ex quo est imago dei. Col. p. Qui est imago inuisibilis dei. Nota secundum Hieronymum. Quod christus perfectissima imago dei est. Nam ad hoc quod aliquid perfecte sit imago alicuius tria requiruntur: et hec tria perfecte sunt in christo. Primum est similitudo. Secundum est origo. Tertium est perfecta equalitas. Si enim inter imaginez et eum cuius

est imago esset. dissimilitudo et vni non ostenditur ex alio: si
militer etiam si non sit equalitas perfecta que est secundum eadem nomen
non esset ibi perfecta ratio imaginis. Nam similitudo regis in dena-
rio non perfecte dicitur imago regis: quia deest ibi equalitas secundum
eandem nomen: sed similitudo regis in filio dicitur perfecta ima-
go regis: quia sunt ibi illa tria que dicta sunt. Cum ergo ista tria sint
in christo filio dei: quia scilicet similis patri oritur a patre. et equalis est
patri maxime et perfecte dicitur imago dei.

Consequenter cum dicit. (Non enim nosmetipsos etc.) Remo-
uet apostolus quoddam dubium. Posset enim aliquis contra predi-
cta dicere apostolo. Supra dixisti euangelium vestrum esse oper-
tum modo dicitis euangelium christi illuminare. si ergo dicitur quod
euangelium christi sit illuminans non potest hic sequi quod operatum sit
euangelium vestrum. Et id ad hoc remouendum duo facit. Primo
ostendit quod id est euangelium suum et christi. Secundo ostendit vnde sit
quod euangelium suum sit illuminatum ibi. (Quoniam deus dicit etc.)
Dicit ergo primo. Dico quod manifestatio claritatis christi est euange-
lium christi et nostrum. Nomen quidem tanquam per nos predicatum: christi vero tan-
quam in ipso euangelio predicatum. Et hoc est quod non predicamus nos-
metipsos. id est non comedamus nos: nec ad nos. id est ad laudem vel
lucrum nostrum conuertimus predicationem nostram: sed ad christum
totum referimus et laudem eius. per Cor. primo. Nos autem predica-
mus christum etc. per. Ut annunciet omnes predicationes tuas non
meas in portis etc. Sed iesus dominus noster: nos autem seruos
vestros per iesum. Quasi. d. Iesus predicamus ut dominus: nos au-
tem ut seruos. Et huius ratio est: quia principaliter querimus lau-
dem christi et non nostram. Nam seruus est qui est propter utilitatem do-
mini. Et id est quod minister ecclesie qui non querit honorem dei:
et utilitatem subditorum non dicitur verus rector: sed tyrannus. Nam
quicumque bene regit dicitur esse sicut seruus querens honorem et utilitatem
subditorum. Hen. 25. Maior seruiet minori. per Cor. 9. Lum-
essem liber: oium vestrum me seruus feci.

Consequenter cum dicit. (Quonia fecit qui dixit etc.) Oste-
ndit vnde euangelium suum habet virtutem illuminatiuam. Ubi nota ordi-
ne procedendi seruati ab apostolo qui talis est. Nos aliquando scilicet
antequam conuersi essemus ad christum eramus tenebrosi sicut et
vos et alii in quibus non fulget claritas glorie christi. Nunc vero
postquam christus vocauit nos per gratiam suam ad se tenebre iste re-
mote sunt a nobis et iam fulget in nobis virtus glorie claritatis
christi: et in terra resurgit in nobis quod non solum illuminamur ad
hoc quod videre possimus: sed etiam quod alios illuminemus. Ex
speciali ergo gratia et abundantia refulgentia claritatis glorie christi in
nos habet euangelium nostrum virtutem illuminatiuam. Et hoc est quod
dicit. Dico quod ideo illuminat euangelium nostrum quoniam deus qui
dixit. id est precepto solo fecit lucem splendescere quod fuit in se-
paratioue elementorum: quoniam chaos tenebrosus illuminauit per
lucem quam fecit. Hen. primo. Dixit fiat lux etc. Ecc. 24. Ego fe-
ci ut in celis oriret lux etc. Iste inquit deus illuxit in cordibus
id est in mentibus nostris per tenebrosam presentiam luminis gra-
tie et obscuritatem peccati. Luce primo. Illuminare bis qui in tene-
bris etc. Illuxit inquit non solum ut nos illuminaremur: sed ad il-
luminatiouem id est ut et alios illuminemus. Eph. 3. Mibi oium
seculorum mimo data est etc. Matt. 5. Vos estis lux etc. Ad illu-
minationem dico sciencie. id est ut faciamus alios scire. Dico cla-
ritatis dei. id est clare diuisionis. In facie iesu christi. glo. id est per
iesum christum qui est facies patris: quia sine ipso non cognoscitur pater:
sed melius dicitur sic. Ad illuminatiouem scilicet claritatis dei que
claritas fulget in facie christi iesu. id est ut ipsas glorie et clarita-
tem cognoscat christus iesus. Q. d. in summa ad hoc deus illuxit no-
bis ad illuminatiouem: ut ex hoc iesus christus cognoscat et predice-
tur gentibus.

Lectio. III.



Habemus autem thesaurum istum in va-
sis fictilibus. ut sublimitas sit virtutis
dei et non ex nobis. In oibus tribulatio-

nez patimur: sed non angustiamur. Apoziamur
sed non destituimur. Persecutioez patimur: sed
non derelinquimur. Humiliamur: sed non confundimur.
Beijcimus: sed non perimus. Semper
mortificatioez iesu christi in corpore nostro cir-
ciferentes: ut et vita iesu manifestetur in cordi-
bus nostris.

Consequenter tractauit de usu ministerij noui testameti quibus
ad bona agenda: hic consequenter tractat de usu eius quibus ad
tolerantiam malorum. Et circa hoc duo facit. Primo enim osten-
dit tolerantiam malorum que patiebantur. Secundo vero hoc mani-
festat ibi. (Semper enim nos qui viuimus etc.) Circa primum tria
facit. Primo ponit causas: que tribulationibus exponantur
a deo. Secundo ostendit quod in istis tribulationibus patienter se
habeant ibi. (In oibus tribulationibus patimur etc.) Tertio
vero rationes huius patientie assignat ibi. (Semper mortifica-
tionez iesu etc.) Dicit ergo. Deus illuxit mentibus nostris ad
illuminationem aliorum: que quidem lux est maximus thesaurus.
Sap. 7. Infinitus enim thesaurus etc. Esa. 33. Diuitie salutis
sapientia etc. Istus autem maximus thesaurus non habemus in pre-
cioso loco: sed in re vili et fictilibus: et ratio huius est: ut scilicet deo effu-
cacia eius tribuatur. Et hoc est quod dicit. Habemus the-
saurum istum. id est lucem illam qua alios illuminamus in vasis ficti-
libus. id est in corpore fragili et vili. per. Ipse cognouit figuram
nostram. Jere. 18. Sicut lutus in manu figuli sic et in manu etc.
Esa. 64. Et nunc dicit pater noster es tu: nos vero lutus. Io-
habemus in vasis fictilibus ut sublimitas istius lucis sit vir-
tutis dei. id est deo attribuat et non ex nobis credat esse. Nam si
essemus diuites: si potentes: si nobiles: sed carne: quicquid ma-
gnu faceremus non deo: sed nobis ipsis attribueret. Nunc ve-
ro quia pauperes et contemptibiles sumus habet sublimitas deo et
non nobis attribuit. Et id vult nos deus contemptui haberi et
tribulationibus exponi. Deut. 32. Ne diceret manus nostra ex-
celsa etc. Et per Cor. 1. Ut non gloriatur ois caro etc. Sap. 12.
Misisti antecessores tuos ne diceret etc.

Consequenter cum dicit. (In omnibus tribulationibus etc.)
Ostendit eorum patientiam in his que patiuntur. Et circa hoc
duo facit. Primo ostendit mala que patiuntur in generali.
Secundo enumerat ea in speciali ibi. (Apoziatur etc.) Dicit
ergo. Vere habemus hunc thesaurum in vasis fictilibus: quia in
oibus tribulationibus patimur. quasi dicat. Nullus modus tri-
bulandi deest nobis. Act. 14. Per multas tribulationes etc.
Nec mirum: quia ut dicit Luc. vlt. Oportuit christum pati: et sic itra-
re etc. Et licet sic tribulemur: non tamen angustiamur. Et loqui-
tur ad similitudinem viatoris qui non potest ei via que exeat de ali-
quo loco angustiat. Q. d. Huiusmodi qui solum in mundo confidunt
angustiantur si vndique a mundo tribulantur: quia non potest eis via
remedy cuius non speret nisi de mundo. Sed nos licet tribula-
mur in mundo: quia tamen confidimus de deo et speramus in christo potest
nobis via euasionis et auxilij a deo. et id non angustiamur.

Consequenter cum dicit. (Apoziatur etc.) Enumerat tribu-
lationes in speciali. Sunt autem quattuor in quibus homines consueverunt
tribulari: et in istis tribulati sunt apostoli. scilicet in rebus exterioribus.
inquietudine status. in lesione fame: et in afflictione proprii cor-
poris. Quatuor ergo ad primum dicit. Apoziatur. id est depauperamur.
Apoziatur enim grece latine dicitur pauper. Q. d. Ideo pauperes su-
mus ut necessaria desint. per Cor. 4. Usque in hac hora esu-
rimus etc. Sed non destituimur a deo qui est thesaurus noster
Diuitie enim non querunt propter se: sed propter sufficientiam vi-
te. Unde homines qui sine dei auxilio et spe sunt si careant
diuitibus destituunt: sed qui solum de deo confidunt et sperant
quicumque apoziant non destituunt. ifra. 6. Tanquam nihil ha-
bentes et omnia possidentes. Sed nec sufficit: imo cum hoc

inquietamur: persecutiones patimur. s. de loco ad locum. Mat. 24. Persequuntur vos. Sed non relinquitur a deo quoniam sperat auxiliū. De. vlti. Non te deserat etc. ps. Speret in te: quoniam notuerunt te etc. Sed et cum hoc ledimur in fama: quoniam humiliamur. i. contentimur et pro nihilo reputamur. Jo. 16. Venit hora ut ois qui interficit vos etc. Mat. 5. Beati eritis etc. Sed quoniam quis contentitur et cōtēptus subest: ille qui contentitur cōfueuit cōfundi quoniam vobis cōtēptus non subest: et istis non suberat cōtēptus. id dicit. non confundimur. Q. d. Quoniam non subest cōtēptus non curamus. ps. In te dñe speravi non confundar etc. Sed quasi hec pauca sint addit ad tribulationis exaggerationē dicēs. Deicimur. ad mortis picula. s. non pimus. i. a bono non cessamus: vel non perimus quoniam deus sustentat nos. Job 11. Cū te supersūptū putaueris etc. p. Cor. 4. Tāquam purgamēta huius mundi etc. ps. Estimati sumus sicut oves etc.

Cōsequēter cū dicit. (Semp mortificationē etc.) subdit rōnē huius patiētie. Circa quod sciēdū quod in xpo talis fuit passio. Nā a principio sicut cōceptiois carnē habēs passibilē: et passus mortuus fuit: s. tamē interiori viuebat spūali vita. Post resurrectionē vō illa spiritualis et glōsa vita vsq; ad corpus deriuata est: et factū est ipm corpus glōsiosus et immortalis: quoniam christus resurgēs ex mortuis iā non moriū etc. Unī ex hoc accipit duplex status in corpore xpi. s. mortis et glōie. Et id dicit. quod iō pericula mortis et passionēs patienter sustinemus ut perueniamus ad glōsiam vitas. Et hoc est quod dicit. Ita sustinemus semp. i. in oibus et vbiq; mortificationē iesu. i. ppter iesum vel ad similitudinē mortis iesu. Gal. vlt. Stigmata dñi iesu etc. Quoniam ppter vitatē passi sumus sicut et iesus. In corpore nro non solū in mēte. ps. Propter te mortificamur tota die. Ut vita iesu. i. vita grē quā iesus dat: vel vita glōie ad quā iesus p passionēs peruenit. Luc. 24. Nōne oportuit xps pati et ita intrare in glō. i. manifeste appareat etiā inimicis. Dicit g in futura. s. resurrectionē vel etiā nūc vita glōie in cordibus nostris non solū in aiabus. Judi. 7. Gracis lagunculis apparuerunt lucerne. Et iccirco dicit Ambro. Nō timebat mori ppter resurrectionē pmissas. Circūferētes. i. vbiq; portātes et sustinentes: quoniam quocūq; eamus patimur et non cedimus. Et hoc id est vita iesu que latet nunc in corde nostro in corporibus nostris manifestetur quādo. s. reformabit corpus humilitatis nostre etc. philipen. 3. Collo. 3. Mortui estis et vita vestra etc. scda Thimo. 2. Si cōmortui sumus et conuiuemus.

Clectio.

III.

Semper enim nos qui viuimus in mortem tradimur ppter iesum: ut et vita iesu manifestetur in carne nostra mortali. Ergo mors in nobis operatur: vita autem in vobis. Habētes autē eundē spm̄ fidei sicut scriptus est. Credidi ppter quod locutus sum. et nos credimus ppter quod et loquimur: sciētes quoniam suscitauit iesum. et nos cum iesu suscitabit et constituet vobiscum. Quia enim propter vos ut gratia abundas per multos in gratiarū actione abundet in glōriam dei.

Cōposita patiētia apostolorū in malis et causa patiētie ostēsa. hic apostolus cōsequēter manifestat ea. et pmo manifestat id quod dixit de spe glōie. Scdo vero id quod dixit de sua patiētia ibi. (Propter quod non deficimus etc.) Circa pmo duo facit. Primo manifestat spem glōrie quā habet. Scdo ostēdit vñ hec spes sibi pueniat ibi. (Habētes autē eundē etc.) Circa pmo tria facit. Primo ostēdit quomodo mortificationē iesu in corpore suo portet. Scdo vero ma-

nifestat quomodo portet vitas iesu ibi. (Ut et vita etc.) Tertio manifestat quid ex hoc sibi et alijs pueniat ibi. (Ergo mors etc.) Dicit g pmo. Dico quod portamus mortificationē in corporibus nostris non quod moriamur: s. quod nos qui viuimus corporali vita vel virtutibus semp tradimur in mortē vel in picula mortis. Et hoc quod ppter iesum. ps. Estimati sumus sicut oves etc. Quasi autē vitā iesu portemus in corpore exponit subdēs: ita. s. ut vita iesu immortalis et impassibilis manifestetur in carne nostra nunc mortalitā: ita ut caro nra mortalis recipiat immortalitātē in resurrectione. p. Cor. 14. Oportet autē mortale hoc induere etc. Sed ex hoc quid pueniat subdit dicēs. Ergo mors operatur. i. exercet dñum suū in nos. Vita autē. s. presens operatur in vobis: quoniam estis in prosperitate. iuxta illud. p. Cor. 4. Nos stulti etc. Ut mors operet in nobis magnū bonū. s. cōsecutionē vite spūalis: s. vita terrena quā amatis operatur in vobis magnum malū. s. mortē eternā. Prover. 10. Opus iusti ad vitam etc. Jo. 12. Qui amat aiām suā in hoc mundo etc. Vel aliter. Duo fuerūt in xpo: mors corporalis et vita spūalis. Dicit itaq; Ergo mors etc. Quasi dicat in nobis non solū vita spiritua: lis operatur iqtum imitamur spirituali: sed etiā mors operatur. i. ppter spem resurrectionis et ppter amorē xpi vestigia mortis xpi in nobis apparēt iqtum passiōibus mortis exponimur. ps. Propter te mortificamur tota die: s. i vobis operatur solū vita xpi p quā fides platur in vobis et vita spūalis. Unī autē pueniat apostolo hec spes certitudis subdit dicēs. Habētes autē etc. Et circa hoc duo facit. Primo ponit eam certitudinis. Scdo cōcludit ipsam certitudinē ibi. (Sciētes quoniam qui etc.) Lā autē huius certitudinis est spūs infundēs fidē in cordib' eoz. Unī pmo ponit eam hāc. Scdo vero manifestat eā per exemplū ibi. (Sicut scriptū est etc.) Dicit g ex hoc speramus et non deficimus: quoniam sumus habētes eundē spm̄ fidei quā antiqui habuerūt: quoniam licet tempora mutata sint: spiritus tamē et fides non est mutata: nisi quod illi credebāt xpm̄ vērū et passurū: nos autē credimus ipm̄ venisse et passus fuisse. Et hic spūs est spūs fidei. p. Cor. 12. Dec autē oia operatur vnus atq; idē spūs etc. Et ibidē. Alteri fides in eodē spiritu. Nūc ergo spiritū habētes quē antiqui habuerūt facimus eadē que illi et credimus. Illi autē quid fecerint. dic ps. Credidi. s. deo et perfecte. Et hoc oēs antiqui fecerūt. De. ii. Vi oēs testimonio fidei etc. ppter quod. s. credidi locutus sum. i. cōfessus in fide. Ro. 10. Lorde creditur ad iusticiā etc. Quod etiā nos facimus: quoniam nos ppter hoc quod credimus loquimur et cōfitemur fidē et pdicamus. Act. 4. Nō enim possumus quod vidimus et attāmus non loqui. Spūs ḡ sc̄tus est cā huius certitudis. Ultimo ḡ cōcludit cōlōnē itentā. s. ipam certitudinē. Et pmo de salute ppa. Scdo de salute alioz ibi. (Et constituet vobiscū etc.) Dicit g. Sciētes. i. certā sciam hntes quoniam suscitauit iesum. i. deus p̄ vel tota trinitas et nos cū iesu suscitabit: ut. s. sumamus eadē glōriam cū iesu: quoniam cū sumus mēbra eius debem' eē cū capite. Jo. 12. Volo p̄ ut vbi ego sum illic sit et minister meus etc. Ro. 8. Qui suscitauit dñm iesum a mortuis suscitabit etc. Et nō solū sus certus de salute nra: sed et de vestra: quoniam constituet nos vobiscū. i. si erimus: quoniam sic nos sum' mēbra xpi ita et vos per nos p. Thes. 4. Et sic semp cū dño erimus. Mat. 24. Ubicūq; fuerit corpus etc. et id dicit vobiscū ut animet eos ad bonū iqtus ostēdit eos nō eē inferiores s. pares. Et hñ b̄ possum certe dicere: quoniam oia sūt ppter vtilitatē vras. Nā oia quā sustinem' oēs grās quās recipim' a deo sunt ppter vos. s. in struedos nro exēplo. Et hoc id est ut grā abundas a nobis in vos abundet p multos in glōriam dei. i. multi agāt grās deo super beneficio tanto. Ephe. quinto. Gratias agentes deo patri etc.

Clectio.

V.



Propter quod non deficiamus. Sed licet is qui foris est noster homo corumpatur tamē is qui intus est renouatur de die in diem. Id enim quod in presentibus est momentaneum et leue tribulationis nostre supra modum in sublimitate eternum glorie pondus operatur in nobis non contemplantibus nobis que videntur: sed que non videntur. Que enim videntur temporalia sunt: que autem non videntur eterna sunt.

Conposita patientia quam apostoli habebant in tribulationibus et primo quod expectabant manifestato: hic contra agit de patientie causa et patientie modo seu ratione. Et circa tria facit. Primo enim insinuat sanctorum patientiam. Secundo patientie causam ibi. (Non contemplantibus nobis etc.) Tertio patientie remunerationem ibi. (Id enim etc.) Circa primum intendit ostendere quod sanctorum patientia est inuincibilis. Et hoc est quod dicit. (Propter quod) scilicet quod sumus scientes quod qui suscitauit iesum a mortuis suscitabit nos et constituet nobiscum: id non deficiamus. scilicet in tribulationibus. id est non deducimur ad hoc quod non possimus propter christum amplius ferre et sustinere. Nam deficere id est quod ferre non posse. Iere. 20. Defeci ferre non sustinui. Causa autem que non deficiamus est quod licet quantum ad aliquid deficiamus. scilicet quantum ad exteriorē hominem: tamen quantum ad aliquid semper renouamur. scilicet quantum ad interiorē hominem. Et hoc est quod dicit. (Sed licet is qui foris est etc.)

Ubi sciendum est quod occasio istorum verborum hereticus tertullianus nomine dixit quod anima rationalis que est in homine corpore habet figuram et membra corporea: sicut et corpus habet et hoc dicitur homo interior: corpus vero eius sensibus suis dicitur homo exterior. Quod quidem falsum est. Unde ad intellectus huius verbi sciendum est quod etiam secundum philosophum in ethica et secundum consuetudinem loquendi. Unde quod dicitur esse illud quod est principaliter in ipso: puta quod in ciuitate principaliter est potestas et concilium id quod facit potestas et concilium dicitur tota ciuitas facere. Principaliter autem in homine potest aliquid iudicari et secundum vitam et secundum apparitionem. Secundum vitam quidem principaliter in homine est ipsa mens. Unde secundum iudicium spiritualium virorum mens dicitur homo interior. secundum apparitionem vero principaliter in homine est corpus exteriorius eius sensibus suis. Unde secundum iudicium illorum quod tamen corporalia et sensibilia considerant et terrena sapiunt: quorum deus vester est: corpus cum sensibus dicitur homo exterior. Et id est hunc modum loquitur hic apostolus dicens. (Licet homo noster) scilicet corpus cum natura sensitua corumpatur in tribulationibus ieiunij et abstinentie et vigilijs. Roma. 6. Vetus homo noster similis etc. Abachuc. 3. Ingre dia putredo etc. Tamē is homo qui intus est. scilicet mens seu ratione munita spe futuri premij et firmata munimine fidei renouatur. Quod sic intelligendum est. Vetus enim est via ad corruptionem. Debe. 8. Quod antiquatur et senescit etc. Nam autem humana fuit in integritate condita et si in illa integritate permanisset semper esset noua: sed per peccatum incepit corrumperet: quo fit quod quod consecutum est sicut ignorantia difficultas ad bonum et pronitas ad malum: penalitas et alia huiusmodi: totum pertinet ad veritatem. Cum igitur natura humana huiusmodi peccati sequentia deponit: tunc dicitur renouari. Que quidem depositio hic incipit in sanctis sed perfecte consumabitur in patria. Dic enim deponit vetustas culpe. nam spiritus deponit vetustatem peccati et subicit nouitati iusticie. Dic intellectus deponit errores et assumit nouitates veritatis et secundum hoc is qui intus est homo. scilicet anima renouatur. Eph. 4. Renouamini in spiritu mentis vestre. Sed in patria tollit etiam vetustas penę. Unde ibi erit consummata renouatio. secundum apostolum. Renouabitis vt agle etc. Sed quod sancti quotidie perficiunt in puritate conscientie: et in cognitione diuinorum. id dicit. (De die in die.)

Ps. Ascensionem in corde suo. Sic gratia est inuincibilis: quod renouatur de die in diem. Tertium principale: sed huiusmodi patientie causa est recogitatio premij: que est efficacissima: quod secundum Gregorium recogitatio premij diminuit vires flagelli. Et hoc est quod dicit. (Id enim quod etc.) Quasi. d. Nihil sunt tribulationes que hic pati mur. si respiciatur ad gloriam: quam ex eis consequimur. Unde comparat statum sanctorum qui sunt in vita ista ad statum eorum qui sunt in patria. et ponit quod in utroque statu corrumdetia sibi inuicem. Nam primo status istius vite in se est status quantum in se est parius et quantum si ipseceptibilis. Unde dicit. Id. i. minimum. Esa. 54. Ad punctum in modico dereliqui te. Item transitorio. Unde dicit. In presenti. id est in vita ista. que est in afflictionibus et erunis. Job. 7. Militia est vita hominis etc. Item tempus breuitas. Unde dicit. momentaneum. Esa. 54. In momento indignationis abscondi faciem meam parumper a te etc. Nam totum tempus huiusmodi vite comparatum ad eternitatem non est nisi sicut momentum. Item est leuis. Unde dicit leue. Nam licet supra primo dicatur. Grauari sumus supra modum: quod scilicet graue est concipi: tamen spiritus charitate seruati leuissimum est. Aug. Dia grauius et imania facilia et prope nulla facit amor. Item est penosus: et id dicit. Tribulationis. Mich. 7. Ira domini portabo etc. Sed quantum ad statum beatitudinis ponit quod contra hoc quod dicit. Id. ponit supra modum. id est supra mensuram. Sed contra. Mat. 16. Reddet unicuique iuxta opera sua. Non ergo supra mensuram. R. R. inde dicitur est: quod ly. sed non designat equalitatem quantitatis: vt. scilicet quantum quod meruit tamen premiet: sed designat equalitatem proportionis: vt. scilicet plus premij accipiat. Item contra id quod dicit. In presenti. ponit. In sublimitate. id est in statu sublimi absque perturbatione. Esa. 58. Sustollam te super altitudinem nubium etc. Contra id quod dicit momentaneum ponit eternum. Esa. 35. Leticia sempiterna super capita eorum etc. Contra hoc quod dicit leue. ponit pondus. Et dicit pondus pro duo. Pondus. n. inclinatur et trahit ad motum suum qui subsunt sibi. Sic gloria eterna erit tanta quod totum hominem facit gloriosum et in anima et in corpore nihil erit in homine quod non sequatur impetum glorie. Vel dicit pondus pro preciositate. Nam preciosa solum ponderari consueuerunt. Contra hoc quod dicit tribulationis. ponit. Glorie. vel hoc quod dicit glorie potest esse commune ad alia quantum de statu patrie dicitur. Hoc vero quod dicit tribulationis ad quantum de statu presentis vite dicta sunt. Opus supra id. scilicet quod tribulationes patimur. nam hec sunt causa et meritum que deus istam gloriam nobis conferat. Est igitur sanctorum patientia inuincibilis: eorum remuneratione ineffabilis: sed remunerationis eorum recuperatio recta et delectabilis. Unde dicit. Non contemplantibus nobis etc. Q. d. Licet hec que speramus sint futura et iterum corpus nostrum corumpatur: nihilominus tamen renouamur: quod non attendimus ad ista temporalia: sed ad celestia. Et hoc est quod dicit. Opus in nobis pondus glorie: nobis dico non contemplantibus. id est non attendentibus ad ea que videntur. id est ad terrena: sed ad ea que non videntur. scilicet celestia. Phil. 3. Que retro sunt obliuiscens etc. per Corint. 2. Oculus non vidit etc. Et quare celestia contemplantur: quod ea que videntur. id est terrena sunt temporalia et transitoria. ea autem que non videntur. scilicet celestia sunt eterna. Esa. 49. Salus autem mea in semper eternum erit.

CAP.

V.



Simus autem quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur: quod edificatione ex deo habemus domum non manufactam: sed eternam in celis. Nam et in hoc igemiscimus habitationem nostram: que de celo est: superindui cupientes: si tamē vestiri non nudum inueniamur. Nam et qui sumus in hoc tabernaculo: igemiscimus grauari. eo quod volumus expoliari sed superuestiri: vt absorbeat quod mortale est a vita.